

Strenuus Imperator

RECOGNITIO VE

TERIS TESTAMENTI AD HEBRAICAM VE

ritatem, collata etiam editione Septuaginta interprete cum ipsa ueritate Hebraica, Nostraq; translatione, Cum expositione Hebræorum, ac Græcorum, qui passim toto opere citantur. Vbi quantum fieri potest, monstrantur loci, qui in editione Latina, & Græca discrepant à codicibus Hebræorum, per Augustinum Eugubinum Can.

Reg. S. Augustini.
Ordinis. S. Saluatoris.



esta conforme al expurgatorio de 1040 por comision del R. officio

+ Francisco Maldonado et



Duplicado

Ne quis alius aut Venetiis, aut usquam locorum hunc impune librum imprimat, Senatus Veneti decreto cautum est. M D XXIX.

es dela Comp^a de S. de Sal^o



Este libro es conforme al expurgatorio publicado por el Sr. Juan de Bebis y vendese por el Sr. Juan de Bebis el año de 1711. Ultima en su forma.

Francisco Maldonado et

REVEREN. D. D. MARINO GRIMANO

S. Romanæ Ecclesiæ Cardinali, tituli S. Vitalis, & Patriarchæ Aquileiæ, Augustinus Eugubinus
Cano. Reg. S. Saluatoris. S.

Iquis diuinarum literarum quanta sit maiestas Antistes amplissime, secum perpenderit, intelliget proculdubio, non iniuria accidisse, ut tot apud oēs gentes fuerint earum interpretes, apud quas primum hæ literæ florere cœperunt. Quis enim nescit non posse unumquodque per se, earum perfecte intelligentiam consequi? Quas cum uariis sensibus plures exceperint, ob id uarias, & inter se discrepantes editiones creauerunt. Idque non est eorum qui transtulissent eas, imperitiæ argumentum, sed indicium potius, posse has literas uarium habere sensum, qui diuersis rationibus in linguas peregrinas transferat. Mitto primum cōmemorare, quot addiderint, subtraxerint, uel cōmutarint illi omnium primi Chaldæi interpretes, quos tamen ita uenerantur Hebræi, ut ad eorum interpretationem, uelut ad sacram anchoram in locis ambiguis confugiant. Septuaginta uero, quorū non modo apud Christianos, uerum etiam apud Hebræos nomē sacrosanctum est, qua uarietate omnia repleuerunt? Qui cum Aquilæ non uehementer placuissent, aggressus & ipse nouam editionem est. Sed is neque Theodotioni, neque Symmacho satisfecit. Itaque, & ipsi alias interpretationes condiderunt. In quibus omnibus multa depre- dit Origenes, quæ eius animam offenderēt. Ergo contulit omnes in unum uolumē, quod Hexaplum inscripsit. Verum Lucianus aliquid in eo desiderauit, remque non inutilem se facturum putauit, si quid & ipse ederet. Sed cum ex hebraico uerteret Hieronymus, ac modo Septuaginta, modo Hebraicum, aliquando Aquilā, interdum Theodotionem, uel Symmachum sequeretur, demonstrauit, neque omnia omnium sibi placuisse, neque displicuisse. In eius tandem editione sunt qui multa, aut ueriora, aut clariora desiderent. Atque ea tanti momenti quibusdam uisa sunt, ut persuasum sit eis, hanc editionem non esse ipsius Hieronymi. Ex quibus omnibus sapientissimus quisque intelligere profecto poterit, non sine causa me aggressum hoc opus, in quo & ueritas hebraica, & reliquorum editiones breuiter, & clare

AUGUSTINI STEVCHI EUGVBINI VET-
ERIS TESTAMENTI AD HEBRAICAM
VERITATEM REGOGNITIO.

GENESIS CAP. I.

Inchoatio
Aussor
Materia

RIMVM Vero annotandum uidebatur, diuersam
esse apud Græcos & Hebræos sacrorū librorū inscrip-
tionem. Hebræi si quidem triplici inscriptione solēt
uti. aut enim ab inchoatione libri, aut ab authore, aut
à materia de qua in eo libro agit, inscribunt. Itaq; Ge-
nesis apud eos berefscit uocatur, q̄ ab eis uerbis liber ille inchoet. sic
& Exodus scemot, q̄ libri exordium sit uelle scemot. Eodem modo
Ieniticus, inscribitur uagicra, id enim est libri initium. Eandemq; ra-
tionem omnes pentateuchi libri sequuntur. Lamentationes etiā He-
remiæ, Aeca inscribuntur eadem de causa. Ab authore uero, ut om-
nium prophetarū libri, primi quoq; duo libri Regum, libri Samuel
uocatur, q̄ partim ab eo cōscripti sint, partim ad ipsum omnia quæ
ibi geruntur, referantur. Sic forte & liber Iosue. Veri enim est similli-
mum, Iosue rerum suarū commētarios scripsisse, q̄q; Hebræi dissen-
tiant. Interdum à materia, ut iudicum lib. de his enim potissimū agi-
tur. Eodem modo omnes libri Salomonis. Liber quoq; Paralipome-
non hebraice uocatur Dibre hajamim, idest uerba dierum, historia
temporum scilicet, id enim maxime agitur in eo libro. Sic Hester &
Iudith, quia de his præcipue ea historia est. Pentateuchus quoq; libri
Mose uocatur, q̄ ab eo testibus etiam Hebræis sint cōscripti. de qua
re sic apud eos extat: משה כתב את דברי משה בלחם משה
inquiunt scripsit librum suum, librumq; Iob, & ea quæ de Balaham
narratur, neq; intelligunt aliud de Balaham, nisi quæ in libro nume-
rorum scribuntur. Diuus quoq; Basilius fatetur & ipse hos libros Mo-
se cōscripsisse his uerbis in examerō scribens *μουσῆς τοίνυν ἔστι ὁ πῶ
συγγραφεὺς ταύτης καὶ τὰ βαλῆαμος. μουσῆς ἑκεῖνος ὁ μαρτυρηθεὶς ἄσειος
εἶναι παρὰ τῷ θεῷ, ἑπὶ νόμου ὧν. ὃν εἰσεποίησατο μὲν ἠθυλότηρ τῆ
φρασί, ἔξ ἑθρὶ τῆ δὲ βασιλικῆς, τῶν σοφῶν τῆν αἰγυπτίαν διδασκάλους
αὐτῶ τῆς παιδαγωγίας ἐπισή(ε)σα. hoc est. Moses igitur huius libri au-
thor est, Moses inq; ille quem uenustate, urbanitate q; præditum, cum*

Ab auctore

U materia

adhus

LIBER DEVT.

quod significatur robur ac potentia, quam à Deo accepisset Israel. Nec mirum uideatur si primum, numero plurium profertur, Cum enim dicit beatus tu Israel, totam Israelitici populi collectionem denotat, cū uero infert, Et beatus gladi^o tuus. i. beata ualitudo potētia, robur tuū, ad unum tñ spectat. Hæc à me dicunt, ut neq; uehemēter improbē, neq; sim nō aliter existimaturus, si melius mihi cōstiterit.

Eorum colla.) *סמך* hoc est. Eorum excelsa, eorum sublimia. Tamen Rabi Salomon exponit secundum Hieronymū. Adducit q̄ locū huic similē *הָרַגְתָּ אֶת מֹשֶׁה בְּעַלְפֵי הַצֶּבַע* hoc est, Ponite pedes uestros, sup colla regū istorū. Ita & Sept. interpretati sunt *καὶ σὺ ἐπὶ ἰσὶν ῥάκχιλον αὐτῶν ἐπιβήσῃ* hoc est. Et tu super collum eorū calcabis, quod ēt accidit, ut ostensum est. CAP. XXXIII.

T sepeliuit eum ibi.) Ita quidē habet & hebraicū *וַיִּסְפֹּד* hoc est, Et sepeliuit eum. Videtur q; innui, sepultū fuisse Mo- sen à domino per manus angelorum. Sicut habebatur in li-bris apocryphis, ex quibus citat locum sanctus Iudas in sua Epistola. ubi scribitur, angelum Dei cum Satana pugnasse, qui corpus Mosi uolebat esse in propatulo, ut hebræi aliquando ad idololatriam pro- uocarentur, eum adorātes quem prope diuinum cognouissent. Quia igitur sepulchrum Mosi a nemine cognitum est, necesse est, eū a nul- lo homine fuisse sepultum. Quare mendosa est æditio Septuaginta hoc loco quæ habet *καὶ ἐθαψεν αὐτὸν, ἐν γῆ μοάβ* hoc est, Et sepe- lierunt eum in terra Moab. Videtur enim ex hac æditione colligi, Mo- sen a filiis Israel fuisse sepultum. Quod ut dixi falsum esse, necesse est, quia illius sepulchrum a nemine fuisse cognitum dicitur. Suspicio igitur, locum esse deprauatum, ut pro eo quod illi transtulerunt *ἐθαψεν* id est, sepeliuit, ab imperitis scriptoribus positū sit *ἐθαψαν* hoc est, Sepelierunt. Facilisq; est, ab una ad alteram litteram lapsus.

CONtra phogor.) Deest nomini, Bet, dicēdūq; betphogor, q̄ im- proprie, & is locus reddiē apud Sept. *ἐγγὺς οἴκου φωγῶρ* hoc est, Prope domū phogor. Nam Mul hebraice, ex aduerso, nō ppe signi- ficat. Bet præterea licet domū significet, Est tñ de essentia nominis Phogor, hoc loco. FINIS.

Registrum.

* a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z & ꝑ ꝑ A.
Omnes quaterniones præter A ternionem & * duernionem.

Venetis in Aedibus Aldi, & Andreae Soceri. M D X X I X.